ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ
ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΦΑΡΜΑΚΩΝ
καθαιρόντων.

HIPPOCRATIS
DE PHARMACIS
purgantib. Libellus.


Ex Cuiaciano Cod. à R. P. S. I. exſcriptus: hactenus in plerisque Hippocratis editionib. deſideratus.


FED. MORELLVS Profeſſorum Reg. Decanus Lat. vertit & Notis illuſtrauit.



PARISIIS,
Apud IOANNEM LIBERT,
viâ D. Ioannis Later. propè
Auditorium Regium.

M.DC.XXI.






AD CL. V. IOANN. HEROARDVM *D. de Vaugrigneuse, Regis Consiliarium & Archiatrum:*

FED. MORELLI Professorum Reg Decani προσφωνητικὸν Senarium.

HEROARDE *Medicorum decus clarißimum,*
En familiaris tibi senis Coi damus
Hippocratis fœtum, recens qui prodijt
E Iure-Consultorum Apollinis penu.
Partum statim agnosces patrissantem catè.
Et de statu quis moueat huic litem? nisi
Agyrta vanus, contumax & pertinax.

Nebulo Medentis nomine incassum
tumens:
Qui cuncta suáq; deq; agens flocci
facit,
Hippocratisq; auspicia & Æsculapij,
Grassetur vt passim in capita mor-
talium.
Tu regia Herculeáque claua hu-
iusmodi
Monstrum coërce informe, captum
lumine.
Hippocratica sic asseres oracula,
Quæ sordido non alligantur quæstui.
Hic nostræ opellæ fructus erit vberri-
mus,
Quam si probaris, consules bonis benè.





ΝΙΚΟΜΗΔΟΥΣ ΕΙΣ Ἱπποκράτην δίστιχον.

Ἱπποκράτης φάος ἦν μερόπων, καὶ
σώετο λαῶν
Ἔθνεα, ἐκ νεκύων ἦν σπάνις εἰν
ἀΐδῃ.

Idem Latinè.

Terrigenûm fuit Hippocrates
Lux, nempe medente hoc
Plurima gens valuit, pauca ijt Elysium.

Τηλυγέτης φίλος υἱὸς ἰδοὺ Κώοιο
νεογνὸς,
Ὅροις διδάσκει φαρμάκων καθαρτικῶν.



ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ περὶ τῶν φαρμάκων καθαιρόντων, βιβλίον.



Τὰ περὶ φαρμάκων οὐχ οἷα νομίζεταί ἐστι. τῷ γὰρ αὐτῷ φαρμάκῳ καθαίρονται καὶ οὐ καθαίρονται. ἔστι ὅτε γὰρ ἄλλα καθαίρει, ἢ οἷα εἴωθε· ἔστι ὅτε γὰρ ὑπερ-



HIPPOCRATIS DE PHARMACIS PVRGANTIBVS LIBELLVS.

Ex Cuiaciano Cod. à R.P.D.P. exſcriptus: hactenus in pleriſque Hippocr. editionib. deſideratus.

Ex Fed. Morelli, Profeſſorum Reg. Decani Lat. verſione.



A quæ ad Remedia ſpectãt, non, vt vulgus putat, habẽt ſeriam eodẽ pharmaco ægri purgantur & non purgantur. Interdũ vero alia purgant, quàm quæ conſuetum eſt. Aliquando etiã pluſquam par

καθαίρει. ἔστι δὲ ὅτι τὰ δέοντα ἐποίησεν. ὥστε οὐχ οἷόν τε πεποιθότα τοῖσι φαρμακοῖσιν εἰκῆ διδόναι. ὑπολαμβάνειν γὰρ χρὴ καὶ τὰ σιτία τὰ τρέφοντα ἡμᾶς φάρμακα εἶναι, ἧσσον δὲ ἐκείνων. οἱ γὰρ ἄνθρωποι ταῦτα ὀρθῶς μὲν σιτευόμενοι ὑγιαίνουσι· μὴ ὀρθῶς δὲ, κάμνουσιν. ὑπερβαλλόντως δὲ, καθαίρονται μὲν, ὥσπερ ἀπὸ τῶν εἰλικελνέων φαρμάκων· ἧσσον δὲ καὶ βραδύτερον τῶν εἰλικελνέων φαρμάκων. δῆλον οὖν ὅτι ἐστὶ καὶ ταῦτα φάρμακα. ὅμως δὲ ταῦτα βραδύτερα, καὶ ξυνήθη ἐόντα ἡμῖν, ἑκάστην ἡμέραν ἐσιόντα ἐς τὸ σῶμα εἰκῆ, καὶ

est purgant. Interdum qualia oportet efficiũt. Quare fieri non potest, vt qui medicamẽtis confidit, temerè & incassum tradat. Etenim etiã cibos qui alũt nos, pharmaca esse existimandum est, sed minor horũ quàm illorũ est vis. Enimuero homines alimenta rectè sumẽtes valent. Quòd si iis rectè non vtantur, ægrotant: verùm cum supramodũ edunt, purgantur illi quidem, quemadmodum à puris & sinceris pharmacis; sed minus & lentius quàm à meris medicamẽtis. Quocirca perspicuum est etiam alimenta esse pharmaca; attamen tardiora, cùm assueta sint nobis, & quotidie corpus ingrediantur: eadẽ

ἀμελῶς διδόμενα, [εἰκῆ] ταράσσει τοὺς ἀνθρώπους, καὶ νοσοποιεῖ πως. καὶ τὰ εἰλικρινέα καὶ τὰ ὀξέα, ἢν ἀμαθῶς καὶ ἀπερισκέπτως διδῷ τις, οὐ μέλλει διαπράξεσθαί τι σύμφορον. χρὴ οὖν πρότερον διδόναι τοῖσι μὲν χολώδεσιν, ὅ, τι χολὴν καθαίρει, τοῖσι δὲ φλεγματώδεσιν, ὅ, τι φλέγμα, τοῖσι δὲ ὑδρωπώδεσιν ὅ, τι ὕδωρ, τοῖσι δὲ μελαγχολώδεσιν ὅ, τι μέλαιναν χολήν. ἢν δὲ τούτων ἔξω καθαίρῃς, τὰ μὲν δέοντα οὐ καθαρεῖς· τὰ δὲ μὴ δέοντα κενώσεις· ὥς τ' ἐς ἀμφότερα ἁμαρτάνειν. ὅταν οὖν μέλλεις τινὶ φάρμακον διδόναι, ἤν τε κάτω, ἢν

temerè ac minus accuratè data, inaniter fatigant homines; & morbos vtiq; pariunt. porro pura, ac vehementia, si quidē inscitè & inconsideratè quis præbeat, nequaquam quod expedit perficient. Itaque primum opus est biliosis dare quidquid bilem purgat: pituitosis verò (qui phlegmate laborant) quidquid pituitā arcet: & aqua intercute afflictis, quidquid aquā trahit: nigra autem bile percitis, quidquid atram bilem euacuat. sin præter hæc purges, quæ par est non purgabis, & quæ non opus est vacuabis, ita vt in vtramq; partem pecces. Quoties igitur paras alicui medicamentū porrigere quod sursum vel deorsū

τι ἄνω, ἐπερωτᾷν αὐτὸν χρὴ εἰ δή τι ἔπιε φάρμακον, καὶ πότερον ἡ κοιλίη ἐν τοῖσι κατωτερικοῖσι φαρμάκοισιν ὀξέα, καὶ ὑπακούει ταχέως, ἢ σκληρή. καὶ ἢν φῇ ὀξέαν καὶ εὔλυτον εἶναι, μαλακωτέρων τε καὶ ἐλασσόνων δεῖται· ἢν δὲ σκληρὴ εἴη, ἰσχυροτέρων δεῖται. ὁ αὐτὸς δὲ τρόπος, καὶ πρὸς τὰ ἀνωτερικά· ἢν δὲ μηδέποτε φῇ μήτε ἄνω μήτε κάτω κεκαθάρθαι, ἢ πεπωκέναι φάρμακον, ἐγνωκέναι χρὴ εἰ πρὸς τὰ ἐσιόντων ὑγιαίνοντι εὔλυτος ἡ κοιλίη πρὸς τὰ κάτω, ἢ

purget, oportet sumentẽ interrogare an aliquod iam biberit pharmacum, & utrum aluus cita sit ex purgantibus deorsum remediis, & statim obsecundet; an dura sit: quod si citã & solubilem esse dixerit, mollioribus ac paucioribus indiget: sin autẽ contumax & dura sit, ualidioribus opus habet. Idem quoque modus ad pharmaca quæ superiori parte purgãtia sunt, adhibendus est. Verùm si responderit se numquam nec sursum nec deorsum purgatum fuisse aut medicatam potionem bibisse, cognitũ perspectumq; esse oportet, an dum eorum quæ ingeruntur ratione sanus erat, aluus libera esset ad ea quæ infra sunt, aut

διέμετος πρὸς τὰ ἄνω· καὶ εἰ πρὸς πλησμονὴν τινα γίνοιτο, ἢ διάρροια ἐπιγένετο αὐτῷ. ταῦτα πάντα αἱρέεσθαι χρή, ὡς ἂν διωνηθῇς ὀρθῶς βουλεύεσθαι. ἀλλὰ γὰρ συμφορᾷ φάρμακον διδόντα ἀνθρώπῳ, ἀποκτεῖναι. Ὁκόσοι μὲν οὖν ὑπὸ πυρετῶν ἰσχυρῶν λαμβάνονται, οὐ χρὴ τούτοισι φάρμακα διδόναι καθαρτήρια, ἐς τ' ἂν μεθῇ ὁ πυρετός. εἰ δὲ μὴ ἐντὸς τεσσάρων καὶ δέκα ἡμερῶν. θερμαὶ γὰρ ἅτε σάρκες ἐοῦσαι αὐτέων, καὶ αἱ κοιλίαι ἀναλαμβάνουσι τὸ φάρμακον, καὶ ἀποκαθαίρονται οὐδέν. καὶ πότε πυρετὸς γίνεται πλείων, καὶ τὸ χρῶμα ἐκτρέπεται, καὶ ἰκτεριώδης

procliuis ad vomitum, ratione superiorũ. item an post plenioris cibi vsum, profluuium alui superuenerit. de his omnibus sciscitari decet; vt sic rectum consilium dare possis. turpis enim casus euentusq́ est, medicamentum dando, hominẽ interimere. Cæterũ quotquot vehementibus corripiuntur febribus, his nefas est purgantia dare pharmaca, donec febris remittatur: sin minus, citra quatuordecim dierũ spatium; quippe cum febricitantiũ calidæ sint carnes, & ventres medicamentum retrahũt, ac nihil vlla ex parte perpurgãtur; immò febris tunc magis accenditur, & color demutatur, ægriq́ arquato regióve morbo

γίνονται. κινηθείσης γὰρ τῆς χολῆς, καὶ μὴ καθαρθείσης, οὔτε ῥοφέειν θέλει, οὔτε πίνειν. ἀλλὰ πάντα βδελύσσεται, καὶ ὡς τὰ πολλὰ ἀπόλλυται. ἢν δὲ κατάσχῃ τὸ φάρμακον, τὸ μὲν περὶ μέσου ἡμέρης οὐδὲν καθαίρεται ἐκ μέσου δὲ ἡμέρης καθαιρόμενος, ὑπέελλος γίνεται, καὶ ἀπόλλυται. ἢν δὲ ταύτην τὴν ἡμέρην περιγένηται, καὶ ἅμα τῇ καθάρσει μεθῇ ὁ πυρετὸς, ὑγιὴς γίνεται. οὐκ οὖν οὐ χρὴ τοῖς ἰσχυροῖς τῶν πυρετῶν φάρμακα καθαρτήρια προσφέρειν· ἀλλ' ἤν τι δέῃ, ὑποκλύζειν χρὴ ὁποσάκις ἂν βούλῃ· ἀκινδυνότερον γάρ. κατὰ τὸν αὐτὸν

tione,

tenentur. Bile namq; commota & non expurgata, neq; sorbere quidquã vult æger, nec bibere, sed cuncta fastidit abominaturque, & vt plurimũ perit. Iam vero si pharmacũ continuerit, hoc ante mediũ diem minimè purgatur; à medio autem die nimia purgatione languescit, & interit. quòd si illa die superstes fuerit, & simul cum purgatione febris remiserit, sanus euadit. Quapropter in validis admodum febribus, medicamenta purgandi vim habentia minimè adhibenda sunt: verum si quibusdam opus sit, clysterem suffundere oportebit quoties voles: minus enim periculosum est. Hac eadem ra-

λογον, καὶ ἐν τῇ θερινῇ ὥρᾳ ἀπὸ κυνὸς ἀνατολῆς ἡμέρας πεντήκοντα φυλάσσεσθαι χρὴ μὴ διδόναι φάρμακον, ἀλλὰ κλυσμοῖσι χρέεσθαι· α γὰρ αὐτοῖς κίνδυνος.

tione, vtique in æstiua tempestate à Canis ortu per quinquaginta dies cauendum est quidquam pharmaci porrigere: quin potius clysterum suffusionibus vtendum est. alioquin immineret idem periculum.





FED. MORELLI

Notæ ad Hippocratis lib. de Pharmacis.

AFFECTA iam & penè ad vmbilicum deducta διγλάττῳ Hippocratici huius opusculi editione, ad quam solo Cuiaciani Cod. exemplo vsus fueram, C. V. amiciss. ϗ πολυμαθεστάτου beneficio in Belgicam incidi, quam non ita pridē μακαρείτης Io. Heurnius Vltraiectinus,

Οὐ δοκεῖν ἄριστος ἰατρὸς, ἀλλ' εἶ) θέλων,
Βαθεῖαν ἄλοκα τῶν φρενῶν καρ-

πούλυβος· in *Ἀφορισικὸν* volumen Hippocr. contulerat. Actum igitur, inquies, agis?

Posterius istud dicis quàm credo tibi, vt Plauti diuerbio vtar. quid? an propterea opellæ eadem in re collocatæ pœnitere me oportet? Te iudice vinces, Lector æquissime, cum editionem vtramque conferre grauatus non fueris.

Vnusquisque sua nouerit ire via. Equidem
Non *sine riuali méque & me a solus amabo.*

Quicquid sit, eruditorum etiam virorum versioni interpretationíve sæpe qua-

drat quod in Odis ſuis commendat Pindarus, ἐς τὸ πᾶν ἑρμηνέων χατίζει. [Τὰ περὶ Φαρμάκων. Attica phraſis eſt, cui editio Heurnij addit Ionicam λέξιν, πρήγματα, quā Erotianus vt Hippocraticam exponit κτήματα, quaſi peculium, ſed forte an leg. χρήματα. Heurnius *actiones* vertit. Homero πρῆξις efficacia eſt. Οὔτις γὰρ πρῆξις πέλεται κρυεροῖο γόοιο. *Felici caret effectu ploratus inanis.* Heſychio ἄνυσις. Nos Atticiſmū expreſſimus. Baſilius Magnus in Eſaiam pag. editionis noſtræ 878. ſcribit Ægyptios Φαρμακείας καὶ ἐπαοιδὰς ἰδιώσασθαι, *inuentum vſumque*

pharmacorum & amuletorum seu delinimentorum sibi vindicasse: ex Hom. Odysseæ IV. vbi canitur Ægyptum habuisse φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ, μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά. *Pharmaca tum bona, tum permixta, & multa timenda.* Plinius lib. VII. H. N. cap. lvi. *Medicinam Ægyptij apud ipsos volunt repertam*. mox. *Herbariam & medicamentariam à Chirone Saturni & Philyræ filio.* Ex Pindari Nemeonic. O. III. Ant. III. Βαθυμήτα Χείρων Ἀσκληπιὸν φαρμάκων δίδαξε μαλακόχειρα νομόν. vbi τὸ νομὸς Scholiastæ signat τὴν διανέμησιν τῶν φαρμάκων καὶ τὴν ἐμπειρίαν. qua de remedio-

rum exhibitione peritiáq; agitur in hoc aureolo libello, quem conferre conſtat admodum iis qui non medica tractare & exhibere ſolum ſtudent, ſed & medicè id præſtare; Etenim alterius altera poſcit opem res: vt idem Baſilius docet in illud Eſayæ, Μάθετε καλῶς ποιεῖν. pag. 848. ἔστι τὸ ποιῆσαι ἰατρικὸν, ἀλλ' οὐκ ἰατρικῶς. οἷον ἰατρικὸν μὲν αὐτὴ ἡ τῆς βοτάνης χρῆσις· ἰατρικῶς δὲ ὁ λόγος καὶ τὴν δύναμιν τῆς βοτάνης, καὶ τοῦ πάθους τὴν ἰδιότητα καὶ τὸν καιρὸν, καὶ τὸ μέτρον τῆς χρήσεως ἐσκεμμένος.

Pag. 6. lin. ϛ'.] εἰκῆ καὶ ἀμελῶς. *neglìgenter*. B. Ambroſ. in 11. oct. Pſalm. CXVIII. *Curat me-*

rat medicus ægrotum, sed negligenter: desidia medici virus alta vulneris serpit. &c. videsis Libanium in loco communi κατ᾽ ἰατροῦ φαρμακέως; vbi aureum dictamen Medicinę proponitur, pag. 52. tom. 1. editionis nostræ, quod vt hisce Aphorismis Hippocraticis valde consentaneũ hîc inserere non cunctabor. Τῶν ἰατρευόντων εἰς τὸ αὐτὸς ἐπιθυμήσαι γενέσθαι, τὸ διδασκάλων τυχὼν μέταχε ἱκανῶς τῆς τέχνης. χρησότητα ἄσκει· φιλανθρωπίαν μελέτα· καλούμενος τρέχε· εἰσελθὼν ὅλῃ τῇ διανοίᾳ τὸν ἀσθενοῦντα σκόπει· συναλγεῖ τοῖς ἀλγουμένοις· σύγχαιρε τοῖς ῥᾴζουσι· κοινωνὸν ἡγοῦ σεαυτὸν τῶν

νοσημάτων ἐστί). &c. consule, si lubet, Lat. interpretationem nostrã. pa. 50. edit. no.

Pag. 10. lin. 4. *ὡς ἀμαθῶς καὶ ἀπερισκέπτως δ.* Heurniana editio habet *ἀπαθῶς*, prorsus abs re, & *à vera longe ratione remotum*, vt cum Lucretio loquar. quòd autem purissima & efficacissima quæque pharmaca alimentáve, si inscitè & intempestiuè præbeantur, effectu careant; Philo Hebræus in libro de Iosepho seu de vita politica, ostendit hac gemmea περικοπῇ Ἰατρὸς οὐχὶ μιᾷ χρῆται θεραπείᾳ πρὸς ἅπαντας τοὺς κάμνοντας, ἀλλ' οὐδὲ πρὸς ἕνα, τοῦ πάθους μὴ περι-

μένοντος· ἀλλ' ἐπιτηρῶν ἀνέσεις, ἐπιτάσεις, πληρώσεις, κενώσεις, αἰτιῶν μεταβολάς, ποικίλλει ταῦτα πρὸς σωτηρίαν, ποτὲ μὲν ταυτί, ποτὲ δὲ ταυτὶ προσφέρων. *Medicus* (inquit) *non vnam adhibet omnibus ægris medicinam: nec verò vni ægroto, affectione non permanente: sed relaxationes, intentiones, repletiones, euacuationes, causarúmque mutationes obseruando, medicamenta variè temperat ad salutem, modo hæc, modo illa admouens.* Quid si Philo hîc innuat τὴν παρὰ ἰατροῖς τετραφάρμακον, κατὰ σύγχυσιν· ὅπου αἱ δυνάμεις τῶν συνενεχθέντων ἠφανίσθησαν, εἰς ἐξαιρέτου μιᾶς γένεσιν ἀποτελεσθείσης. Vt grauissi-

mus hic autor ſcribit in lib. περὶ ἀρθρωσίας κόσμου. His porro affinia ſunt hęc apud B. Auguſtinum in Pſalmos. *Ars Medicinæ cum eadem maneat, neque vllo pacto mutetur, mutat tamen præcepta languentibus, quia mutabilis eſt noſtra valetudo.* Idē epiſt. v. ad Marcellinum, Doctrinam conſtantem mutato præcepto non mutare inſtructionem Vindiciani medici auctoritate firmat. *Magnus* (inquit) *ille noſtrorum temporum medicus Vindicianus, conſultus à quodam, dolori eius adhiberi iuſsit, quod in tempore congruere videba-*

tur: adhibitum sanitas conse- cuta est. Deinde post annos aliquot eadem rursus corporis caussa commotus, hoc idem ille putauit adhibendum; adhibi- tum vertit in peius. Miratus currit ad Medicum, indicat fa- ctum. At ille, vt erat acerri- mus, ita respondit: Ideò male acceptus es, quia ego non iussi: vt omnes qui audissent parúm- que hominem nossent, non eum arte medicinali fidere, sed ne- scio qua illicita potentia, pu- tarent. Vnde cùm esset à qui- busdam postea stupentibus in- terrogatus, aperuit quod non intellexerant, videlicet illi ætati iam non hoc se fuisse ius- surum.

Pag. 14. *αἰσχρὰ γὰρ συμφ.* hæc à Gratio Poëta prisco, in Cynegetico, *Tristis medicina* vocatur. Atenim, - *Vitas hominum ratione medendi Porrigere, & fatis amplificare moras*; Medici munus esse canit M. Ausonius in Parentalib. quod ex hoc fonte haustum est. Ἰατρικὴ πόθεν τιμία τοῖς ἀνθρώποις ἐστίν; ἢ ἐπειδὴ μάχεσθαί πως διὰ τῆς τέχνης δοκεῖ πρὸς τὸν θάνατον. *Vndenam Medendi ars in pretio & honore apud homines fuit? nónne ex eo quod facultate sua cum morte confligere quodammodo videatur?* adeo vt illud Herculis apud Statium αὔχημα vsurpare queat;

Duram scio vincere mortem.
Duntaxat ex hac ipsa assertione, Lector veri studiose, Hippocratis *βραχυλογίαν ἅμα καὶ σαφήνειαν, καὶ ἦθος*, agnoscito, de quo Galenus comment. iv. in Hippocrat. de artubus, sic asseuerat, *Οὐ μόνον τῶν καμνόντων ἀεὶ φαίνεται κηδόμενος ὁ Ἱπποκράτης, ἀλλὰ καὶ τῶν ἰατρῶν, ὡς ἀνέγκλητοι μὲν ἀεὶ παρὰ τοῖς κάμνουσιν ὦσιν, εὐδοκιμῶσι δὲ τὰ πλεῖστα. Non tantum singulari cura ac solicitudine ægrotantes semper videtur Hippocrates prosecutus; quinetiam id præcipuè cordi habuit, vt medentes inculpati vsquequaque apud ægrotos essent; necnon celebri professionis fa-*

ma commendati. Idem quoque à Basilio M. asseritur in lib. ad Virgines, pag. 788. edit. nostræ, his perelegantib. verbis: Οὐ τοῖς τὴν ἰατρικὴν μετιοῦσι τὰ δηλητήρια, καὶ πάντα συνόλως τὰ νοσοποιὰ οἱ διδάσκαλοι θεωροῦντες, ἐπὶ τὴν χρῆσιν τούτων αὐτοῖς παρακελεύονται· ἵνα τῇ γνώσει τῶν βλαπτόντων πρὸς κακίαν ἐφοδιασθέντες τὸν νοῦν, αὐτοὶ ἰατροὶ λυμεῶνες τοῦ βίου δειχθῶσιν. ἀλλ' ἵνα τὰ φθοροποιὰ τῆς φυσικῆς ἡμῶν δυνάμεως μαθόντες, προφυλάττωνται μὲν ταῦτα αὐτοὶ θέντες δυνάμεσιν· ἐπισυμβὰν δέ που τοῖς σώμασι διὰ τῆς ἐπιστήμης ἀμέλωσι. hoc est, vt interpretor: *Non ijs qui medicam persequuntur artem,*

Doctores noxia & letifera, omniáque summatim morbos gignentia speculando, ad horum vsum ipsos cohortantur: vt lædentium notitia quasi viatico ad malignitatem instructa mente, pro medicis pestes vitæ euadant: sed potius vt exitiosa naturali nostræ facultati edocti præcaueant ista hæc aduersis viribus, & quidquid insuper accidit corporibus scientiæ adminiculo tollant. Ad hanc Medici cautionem fidémque pertinet quod à B. Ambrosio scribitur S. ad fer. II. post Dom. II. quadr. *Bonus medicus poculum, quod ægro daturus est, prior gustat, vt peritiam artis suæ ante in se*

ipse demonstret, & experimentum æger accipiens, securus sit de poculo, securior de salute. Item in expos. Psalm. 36. *Medicus non statim adhibet medicamenta languori: si dolor feruet, fomenta adhibet, vt mitescat dolor: si febris exæstuat, remedij tempus expectat: ipsum potum sitientibus negare consueuit.* At *medicorum præcepta dici verè non possent,* (ait Tullius) *si quæ insciꝗ imperitique pro salutaribus mortifera conscripserint.* Hinc tristes hæ Sidonij querelæ; *Medicorum consilia vitamus assidentum dissidētúmque, qui parum docti & satis seduli languidos multos officiosissimè.*

occidunt. Sane contubernio nostro iure amicitiæ Iustus adhibebitur, quem si iocari liberet in tristibus, facile conuincerem, Chironica magis institutum arte, quàm Machaonica. Quò diligentius postulandus est Christus obsecrandusq́, vt valetudini, cuius curationem cura nostra non inuenit, potentia superna medeatur. Hæc pia est clausula hymn. Synesij:

Δὸς ἢ ἰδέσθαι
Σῶτερ Ἰησοῦ
Ζαθέαν αἴγλαν
Σάν. ἔνθα φανεὶς
Μέλπω ἀοιδὰν
Ψυχᾶν παίονι,
Παίονι γυίων,

Πατρὶ σὺν μεγάλῳ,
Πνεύματι θ' ἁγνῷ.

Pag. 10. lig. 3. χρὴ σὺν πρ. [En πικραφάρμακον, χολαγωγὸν, φλεγμαγωγὸν, ὑδραγωγὸν, καὶ μελαναγωγὸν, ſuppeditans biliosis, pituitosis, hydropicis & melancholicis præsentiſſimum remedium, quod Græci προσῆκον βοήθημα ἑκάστῳ παθήματι προσπεφυκὸς dicunt. Sic, ait Ambr.

Quæritur ægroto certa medicina salutis.

Pag. 12. med. τὴν δὲ σκληρήν.] duram aluum: Callimachus in Epig. de part. corp. νείαιραν ἀχάριστον, ingratum vocat abdomen.

Pag. 14. τὸ χρῶμα ἐκπρεπές).

Homerus Iliad. N.ver.279.
- κακοῦ τρέπεται χρὼς ἄλλυδις ἄλλῃ.

Imbellis solet immutare subinde colorem.

Pag.16. li. pen. ὑποκλύζειν. & pag. 18. κλυσμοῖσι χρέεσθαι, aluum subducere clysmate. idem Hippocrat. lib. 3. de morb. χροιὴ ὅλη σιδηροειδὴς σφόδρα δὲ χλωροτέρη. Gal. in Aphor. Hipp. com. 4 & in def. med. Pau. Ægin. lib. 3. cap 50. Ibid. lin. ὑποπέλιος in Heurn. edit. ὑπόφρινος perperam. Erotianus in lex. Hipp. exponit ὑπόρκα θαμβόμενον. Georgius Pisides de Ictericorum colore æruginoso ἐκφρέσε poë,

tica venuſtiſſime clyſterem ſeu clyſmum deſcribit his elegantiſſ. Senariis de Ibide aue huius medicinalis purgatorij inuentrice,

Ἶβις δὲ ποίων εὐπορεῖ διδασκάλων,
Καὶ τοῦ Γαληνοῦ δείκνυται σοφωτέρα.
Τῆς γὰρ κάτωθεν ἐμφραγείσης ἐξόδου,
Ἀμηχανοῦσα πῶς ἀνοίξει τὴν θύραν,
Τὸν μακρὸν ἐκτείνασα λοξῶς αὐχένα,
Σίφωνα γοργὸν τεκτονεύει τὸ στόμα,
Καὶ χυλὸν ἅλμης ἐμβαλοῦσα τοῖς ἔσω,
Τὰ ξηρὰ ῥευστοῖς ἐξεφόρτωσεν βάρη.

Quæ Trimetra iampridem sic reddidi Lat.

Quales at Ibis atra doctores habet?
Quæ ipso Galeno in hoc videtur doctior,
Quòd, quando clausus est meatus infimus,
Incerta quo pacto referat hanc ianuam,
Oblongum in obliquum latus collum exerit,
Siphunculi in modum suum rostrum struens,
Salsumq; fundens visceri succum intimo,
Sic arida his fluxio onera trudit foras.

Cernis hic χυλὸν δριμὺς ἐμβάλλειν salsum acrémve succum infundere, τῷ ὑποκλύζειν respondere. Quod ad Ibidis φύσιν ἰητικὴν pertinet (quam animantibus plerisque tribuit Marcellus in ἰατρικῶν περὶ ἰχθύων fragmento olim à me edito) adisis Herodotum l. 1. Plinium l. 8. cap. 27. Plutarch. de solertia anim.

Hic tibi non inuito, opinor, Lector humanissime, subiiciam suauissimum grauissimúmque Epodum seu Pæana Ariphronis Lyrici Sicyonij in Sanitatem, Anapæstico Carmine pridẽ à nobis expressum:

Ὑγίεια

Ὑγίεια πρεσβίστα μακάρων
Μετὰ σοῦ ναίοιμι
Τὸ λειπόμενον βιοτᾶς.
Σὺ δέ μοι πρόφρων σύνοικος εἴης.
Εἰ γάρ τις ἢ πλούτου χάρις ἢ τεκέων
Τᾶς ἰσοδαίμονος τ' ἀνθρώποις
Βασιληΐδος ἀρχᾶς, ἢ πόθων
Οὓς κρυφίοις Ἀφροδίτης ἀρκύσι θηρεύομεν.
Η εἴ τις ἄλλα θεόθεν ἀνθρώποισι τέρψις
Η πόνων ἀμπνοὰ πέφανται.
Μετὰ σεῖο μάκαιρα Ὑγίεια
Τέθηλε πάντα, καὶ λάμπει χαρίτων ἔαρ.
Σέθεν δὲ χωρὶς οὔτις εὐδαίμων.

Diuarum antiquiſsima SANITAS,
Vtinã ſemper tecum habitarẽ,

Animus dum meus hos reget
artus.
Placeant nostri tibi Diua Lares.
Nam si gratia opum est aut
sobolis,
Superisque homines reddentis
pares
Regalis honoris, amorúmque
Occultis quos Veneris laqueis
Carpimus: Aut si qua viris à
Deo
Missa voluptas, requiés ve ma-
li est:
Vbi ades cumque alma fauens
Sanitas
Florent omnia: Charitum Ver
nitet.
Te sine nulli esse beato licet.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ
ἐπιτάφιον.

Θεσσαλὸς Ἱπποκράτης, Κῷος
γένος, ἐνθάδε κεῖται,
Φοίβου ἀπὸ ῥίζης ἀθανάτου γεγαώς,
Πλεῖστα τρόπαια νόσων στήσας ὅπλοις
ὑγιείης,
Δόξαν ἑλὼν πολλὴν οὐ τύχῃ, ἀλλὰ
τέχνῃ.

Idem Latinè de eodem.

è 3. Anthol. epigr.

Theſſalus Hipppocrates, Coiis
genere, hic ſitus ingens,
Progenies Phœbi, clara Dei
ſoboles.

Hic morborum, armis, præclara trophæa salutis
Struxit, & arte amplũ, haud sorte, decus retulit.

AD

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΦΙΛΟΥΣ φιλιάτρους.

Vos Asclepiadæ Hippocratis meliora probantes
Dogmata, perpigeat deteriora sequi.

SYLLABVS AVCTORVM, rerum, dictionum, in Hipp. lib. & MORELLI Notis ad Hipp.

APPENDIX AD NOTAS.

Insignis loc⁹ est de medicæ artis cũ matheſi cognatione apud Ariſtidẽ Quintil. l III. de Muſica, cuius operis Græci adhuc inediti editionem vtraque lingua propediẽ dare cogitamus. Inde hæc pauca interim huc transferre ex verſione noſtra viſum eſt. *Ars medi-*

ea omnia fermè per numeros & palpitationum perceptiones, & periodicorum typorum proportiones repræsentat, quarum imaginum aliæ consonis respondẽtes rationibus, tùm duplo, vt febris quotidiana, tùm sesquplo vt febres tertianæ, tùm epitrito, vt febres quartanæ. Idem extremo lib. docet, Sanitatem Iustitiæ respondere propter corporis dotiũ inter se consensum. his verbis, τῆς σωματικῆς δυνάμεως ἰσχὺν μὲν αἰσθητικῇ ἀνδρίᾳ, διὸ καὶ δυάδι. κάλλος δὲ σωφροσύνῃ, διὰ τὰς τῶν μερῶν καὶ χρωμάτων συμμετρείας, διὸ καὶ τριάδι. ὑγίειαν δὲ δικαιοσύνῃ, διὰ τὴν πρὸς ἄλληλα ὁμόνοιαν τούτων.